# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Prosperitas p
### cum fonte primo

Iniqus

prosperari in sua mala actione permittitur, quatenus et peruersa faciat et tamen feliciter uiuat.

Omnipotentem iniquus iste roboratur, quia prosperari in mala sua actione permittitur, quatenus et peruersa faciat et tamen feliciter uiuat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 12, 43 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.658, ll.29-31).

Peruersus quisque quanto cicius peruenit ad desiderium, tanto facilius rapitur ad tormentum.

Gregorius libro XII. moralium.

Et quia ut supra iam diximus, saepe peruersus quisque quanto citius peruenit ad desiderium, tanto facilius rapitur ad tormentum, optando subiungitur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15, 23 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.766, ll.25-27).